

℞. Corall. rub. præp. ℥ij. f. p. cujus  
mucro in jus. exh.

Aq. odorif. naribus admov.

℞. Aq. ros. cinnam. a. ℥ss. odorif.  
℥ij. vitæ. F. ℥j. M. cum nod. infuso  
ex cinnam. nuc. musc. gal. maci.

Sacculi pullat. carpis manum apl.

℞. Sp. diamar. fr. ℥ij. corall. rub.  
præp. ℥ss. fl. bor. bug. ros. rub. meliss.  
a. p. 2. f. 2. fac. infund. & expr. in seq.  
aq. ℥. aq. bor. bug. meliss. a. ℥j. Ros.  
℥ss. M.

Hoc clystina valdè laudatum pro-  
fuisse.

℞. Brod. Gall. lb. β. ol. amyg. d.  
℥iij. vit. 2. ov. M.

Aliquoties repetitum, semper ex-  
creta materia sæda & fætida in sat  
justâ copiâ, quasi purgantia injecta.  
Multoties observavi consimiles cly-  
sters tantum emollientes, plura  
eduxisse, quam constantes, ex valdè  
purgantibus. Dum enim diutius  
inorantur in corpore, sæpè per 2. 3.  
horas, excrementa remollita, de-  
mum excernuntur beneficio Natu-  
ræ irritatæ.

## OBSERVAT. II.

UXor Civis Ulm. in puerperio hæ-  
morrhagiâ uterinâ vexata cum  
lipothymiâ.

℞. Bezo. ori. gr. 4. marg. præp. ℥ss.  
cum ℥j. aq. bor.  
Evanuerunt symptomata.

℞. Mag. corall. gr. 12. cum jus.  
Gall. exh.

Pro potu:

℞. Syr. Granat. corall. a. ℥iβ. cum  
aq. in qua frustillum auri candesc.  
extinctum.

## OBSERVAT. III.

UXor Civis Ulm. in puerperio in-  
signi sanguineo fluxu periclitata  
restit.

℞. Corall. rub. præp. ℥ij. marg. ℥ss.  
boli armen. præp. ℥j. f. p. cum jus.  
Gall. exh.

## OBSERVAT. IV.

IN nimio fluxu menstruo, aliis fru-  
straneis, quædam Illustr. Virgo  
Tincturâ corall. plurimum adjuta,

tam præstans effectus, albo calcu-  
lo est notandus.

## Pro partu &amp; secundinâ excludendâ.

## OBSERVAT. I.

QUædam Fœmina Ulm. retento  
fætui mortuo, accedentibus con-

vulsionibus epilepticis, cum in vitæ  
discrimine constituta, medicatricum  
opera

opera irrita, & ego vocatus. 15. f. p. cum aq. artemis. ℥ij. puleg. ℥β.  
 ꝑ. Tro. d. myrrh. ℥iβ. boracis. gr. M. & liberata.

## OBSERVAT. II.

**A**lia femina Ulm. in partu periclitata, excluso quidem fœtu, sed relictis secundinis. præp. ℥iβ. borac. gr. 7. f. p. exh. cum aq. artemis. ℥iβ. lil. alb. ℥β. M.  
 ꝑ. Tro. d. myrrh. ℥j. succini al. Intra horam rejecta.

## De Impotentia.

*Quàm difficilis censura.*

**C**um quidam Rusticus maritus ab uxore accusatus coram consistorio matrimoniali, ob impotentiam, quod esset virilitate privatus, & ad præstandum debitum conjugale inhabilis, ille autem in os contradiceret & asseveraret, se satis aptum ad congressum & actum venereum exercendum, modo admitteretur, si velit copula carnali frui, tum ipsam manibus pedibusque totis viribus repugnare. Illa autem fortiter inficiaretur, se nunquam refractariam, quin ultro sæpius se submisisset, ille autem irritato conatu semper recesserit, nec deflorare unquam quierit, salvâ adhuc virginitate, licet biennali spacio cohabitarint. Cum maritus in affirmativâ, uxor autem in negativa cõtumaciter perseverasset, utraque pars mihi & Dn. D. Horstio Collegæ olim meo, examinanda & exploranda est commissâ. Cum Vir nobis præsentatus, ex oculari inspectione, membra genitalia, quoad

externam fornâ, rectè disposita deprehendimus, & ut in nostrâ censura certiores, cohortati sumus, spinam virilem manu admodum erigere attentaret: eo factò, secuta quidem penis intumescencia, sed nobis visa non satis rigida, quin flaccidior & languidior, ut claustrum virgineum, præsertim si angustius, referare ac intimius penetrare valeat. Causa imputata pudori & timori, dum per illa animi pathemata, spiritus revocati, quò minùs membrum virile, satis firmum ac stabile, cum ille ejeraret, si uxorem haberet volentem, se Faunum fore sat potentem. Cum autem à duabus obstetricibus uxor per *duos vias* explorata, illibatam esse virginem pronunciarunt, & illa obstestata, quod se multoties ultrò marito deflorandam subjecerit, sed sine ullo successu.

Cum igitur utraq; pars tam contradictoria, haud expeditum certi quidpiam constituere, quam vis cum

Bb

viri

viri membra Veneri exercendæ dicta, ita disposita quoad externam formam, ut nullus defectus observatus, insuper erectio Penis visâ, licet non satis firma, eum non absolute pro impotente, judicavimus. Ipse D. Felix Platerus, Professor Basil. in suis Observat. fatetur, impotentiaë causas latitare in vasâ spermaticis potius, quàm exterioribus membris, utrum autem sit vitium organicum, vel intemperies, vel obstructio, cum in abscondito, iudicium esse difficile.

Cum utraque pars tam obstinata in affirmando & negando, diris etiam se devovendo, in re tam dubia, nullum certius visum *επιτελειον*, quàm

si experiendi gratiâ, ad exercendum actum venereum committerentur, & opere peracto, ab obstetricibus fieret dignotio, utrum illa adhuc Virgo illæsa existens esset deflorata.

Sed à Magistratu ambo relegati, & postea compertum, à viro aliam alibi imprægnatam, & ita de facto, ab impotentiaë infamia liberatum. Exin patescit, quantum fidei sexui famineo tribuendum, in deferendis maritis ex odio, ob *αδυσπλασαν*, ad impetrandum divortium, dum non verentur suam sauciare conscientiam, & circumvenire ac fallere eos, qui ad dijudicandum, sunt deputati.

